

ponemus, et cui claves carceri dabimus, constituemus bonū et legalem secundum conscientiam nostram.

De petitionibus audiendis omne die veneris secundū quod statutū est, sic tenebimur a modo quemadmodum tenentur consiliarii qui nunc sunt et erunt per tempora.

Hec mnia, que supra sunt, iuravimus ad Dei Evangelia servaturos nos bona fide, sine fraude, nisi remanserit per maiorem partē consilii minoris et maioris et capitum contratar. et per maiorem partē de quadraginta, qui sunt vel erunt per tempora, et per collaudacionem populi Veneciar.

Si igitur ullo tempore contra hanc promissionis cartam ire temptaverimus, non observantes ea, que continentur in ipsa, et erit clare factum, componere promittimus cum nostris heredibus vob. et vestris heredibus auri obrizi lib. centum et hec promissionis carta in sua permaneat firmitate.

Ego Jacobus Teupulo, Dei gratia, Dux Venetiar. manu mea scripsi. — Ego Petrus Barbus testis. — Ego Benedictus Faletro testis. — Ego Nicolaus Girardi presbiter plebanus Ecclesie sancti Moisi notarius Ducalis aule cancellarius complevi et roboravi.

---